

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Platonis Hippias maior, vel, de pulchro

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](#)

id quoq; percurrere præstabit. s o c. secundum quodlibet igitur horum trium, de voluptate & sapientia iudicemus. Videndum enim viri vnumquodq; trium cognitius afferamus. PRO T. Num de pulchritudine, veritate, mensuraq; loqueris? s o c. Certe, primum igitur veritatem sume Protarche, cumq; sumperis, ad tria iam responde, mentem, veritatem, & voluptatem: & postquam diu mature consideraueris, tibi ipsi responde, utrum voluptas an mens veritati propinquior. PRO T. Quid diurna meditatione opus est permultū ut arbitror inter est. Voluptas enim maxime omnium temeraria. fertur enim de Veneris voluptatibus, quae ingentissima omnium astimantur, quod puerantibus illis, dī prorsus ignoscunt, quasi Mēs aut ēst pueri quidam sint, nullius intelligentia compotes. Mens ipsa veritas aut idem est quod veritas, aut omnium certe similitima atq; uerissima. s o c. An posthac mensuram illam moderationemq; considerandum restat, voluptasne an sapientia eius sit capacior? PRO T. Id quoque quod nunc infers, exploratu perfacile est. Reror equidem nihil voluptate, cuiusq; exultatione immoderatus inueniri posse: nihil contra, mente & scientia moderatus. s o c. Praeclarus, verū amen tertium quoque responde. Mensne pulchritudinis magis est particeps, an ipsa voluptas? quidue pulchritus? an mens voluptate, an contra? PRO T. At quem quidem & sapientiam o Socrates nemo inquam aut reuera aut falsò deformem vel vidit, vel aliquo pacto cogitauit, aut fuisse inquam, aut esse, aut deinde futuram. s o c. Recte. PRO T. Si que vero voluptates praesertim maximas prosequentiē aduertimus, vel quod ridiculae, vel quod obscenae sint, ipsi quidē erubescimus, atque celamus, noctis tenebris talia concedentes, quasi sint diurni lumen indigna conspectu. s o c. Cunctis igitur o Protarche & per nuncios & voce presenti declarato, quod voluptatis posse siō neque primū est, neque secundū bonū. Sed primum circa mensuram & moderatum, & opportunum & quecumque talia sempiternam quandam naturā sortita esse putare decet. PRO T. Apparet utq; ex his que modo sunt dicta. s o c. Secundum deinde circa comensuratum & pulchrum perfectum atque sufficiens, & quocunque huius ordinis sunt. PRO T. Videatur. s o c. Tertium ut ipse vaticinor, si mentem sapientiamq; posueris, haud procul à veritate discedes. PRO T. Forte. s o c. Quarta vero sunt que ipsius anima propria posuimus, scientia & artes opinioneq; recta. que ideo tribus illis statim succedunt, quia bono sunt quam voluptas cognitora. PRO T. Forsan. s o c. Quinto loco pone voluptates eas, quas expertes molestiae definimus, quas puras nominabamus anima ipsius scientias, sensus aut sequentes. PRO T. Fortassis. s o c. In sexta vero progenie, inquit Orpheus, cantilenae ornatum finite. Nostra quoque oratio in sexto iudicio finiri videtur. Unde nihil deinceps nobis aliud restat, nisi ut dictis capit adhibeamus. PRO T. Decet profecto. s o c. Tertio iam orationem eandem conservatorem deum contestati breuiter per stringamus. PRO T. Quale inquis? s o c. Philebus quidem inquit, oēm penitus voluptatem nobis ipsum bonum esse. PRO T. Tertio quemadmodū videtur: dicebas paullō antē repetendā orationem esse. s o c. Hoc ipsum quod aut sequitur, audiamus. Evidem quod modo dixi oratione Philebi aliorumq; innumerabilium considerans gra-

uiterq; ferens, mentem longè meliorem potioremq; homini num uitæ quam voluptatem contendit esse. PRO T. Dicitur hæc sunt. s o c. Sufficatus tamen esse & alia multa intuli, quod si apparuerit aliquid ambobus hisce præstantius, pro mente ipsa aduersus voluptatem de secunda sorte pugnarem, voluptasq; secundis etiā honoribus stola retur. PRO T. Haec quoq; dixisti. s o c. Præterea cum dixissem bonū ipsum esse omnium sufficientissimum, neutrū ex his tamen sufficiens esse constituit. PRO T. Vera narras. s o c. Et cum in ea oratione nec mens nec voluptas sibi ipsi sufficientem perfectamq; vim habere videatur, neutrā esse bonum ipsum apparuit. PRO T. Recte admodū. s o c. Quinetiam cum tertium quiddam viri que melius esse constaret, mens utq; longo quoddam intervallo propinquior potiori superantiq; idea quam voluptas eluxit. PRO T. Quidni? s o c. Ergo nonne quintum gradum ex ea sententia quam præsens iudicium protulit, voluptatis potentia fortiretur? PRO T. Videlur, s o c. Primum tamen voluptati locum boves darent, & equi, & brutes deniq; uniuersa, ex eo quod eius illecebris mancipata sunt, quibus plurimi fidem, haud secus quam aures aubus habentes, voluptates ad bene vivendum potissimas omnium arbitrantur: ferarūq; amores, locupletiores testes afferunt, quam tot responsa rūdium philosophorum. PRO T. Verissima, o Socrates, te narrasse cuncti fatemur. s o c. Nonne ergo me iam dimittis? PRO T. Exiguū adhuc quiddam restat, o Socrates: neque enim prior tu quidem discedes: ego vero quæ restant, in memoriam tibi reducam.

PLATONISHIPPIAS MAIOR, VEL, DE PULCHRO.

MARSILI FICINI ARGUMENT.



E pulchro, in Phaedro, Symposium, & Hippia disputatur. In Hippia, quia Socrates agit aduersus Hippiam sophistam, qui cum ignoraret, se scire putabat, que ignorantia animum reddit indolem, quid pulchrum sit non satis docet, sed quid non sit ostendit, & opiniones falsas redarguit. Sophistam vocat eū qui se sapientem videri magis quam esse studet, pecuniarum honerisq; gratia. Talem vero Hippiam esse in proœmio declaratur, & in fine proœmij. Sumpta occasione ab oratione quadam Hippia, que de pulchris officiis differebat, interrogat Socrates quid ipsum per se pulchrum quo reliqua omnia pulchra sunt. Oportet enim particularia ad universale quod in particularibus, & uniuersale quod in particularibus ad ipsum quod supra singula est uniuersale referre. Nam singuli hoēs pulchri, per formam quandam singulis communem pulchri redduntur: forma vero communis pluribus à diuina specie velut à sigillo character imprimitur: quoniam oīs multitudine ad unū quod in multitudine, & unū quod in multitudine ad unū quod supra multitudinem est, reducitur. Quare cum multa sint pulchra, oportet singula per pulchritudinem communem omnibus, & omnibus instans esse pulchra: & pulchritudinem que in oībus est, sicut in alio est, non in seipsa, sic ab alio, non a seipsa pendere. Unū quodque ē singulis pulchris, pulchru hoc Plato vocat: formam in omnibus, pulchritudinem: speciem & ideam supra omnia, ipsum pulchrum. Primum sensus attingit opinioq; Secundū ratio cogitat. Tertium mens intuetur. Interrogatus Hippias, ter secundū sensum opinionem definit. Quibus consultatis, Socrates ter quōq; definit. Bis quidem secundū rationem. postrem secundū mentem. sophista enim sensu opiniones incedit, philosophus rōne potius, atq; mente. In primis Hippias pul-

chram

chram virginem, ipsum pulchrum esse respondet. Quod esse falsum ex eo constat, quod non omnia que pulchra sunt, per virginem pulchra sunt. Et virgo, si cum brutis compareatur, pulchra: si cū diis, deformis apparet. Quare non magis pulchra quam turpis esse videatur. Tam Hippias aliud quiddam simile est singulis pulchris, non commune respondet. Aurum quippe ipsum pulchrum, quo oīa pulchra sunt. Quod ea rōne rejicit Socrates, quoniam aurum quibusque que conuenit, pulchra illa facit: alia vera deformat. Ergo non simpliciter pulchra facit, sed cū decet. Quocirca non sūt magis quam alterius rōne res ornatae: nec aurum solum est quo cuncta ornantur, sed argenteū quoq; & ebur, ceteraque huiusmodi. Tertio loco aliud quidam insert, quod etiā proprium est potius quācūmque: Pulchrū, inquit, corpore bene valere, diutinem esse & honoratum, senem mori, sepeliri a filiis, sepelisse parentes. Falsum hoc esse patet, quia nō res oīa præter hominem hoc ipso pulchræ redduntur. Præterea hoc inter homines fortè pulchrum: inter deos deorumq; filios turpē, ubi parentes non moriuntur. His redargutis que circa singula corporea per sensum & opinionem Hippias adducebat. Socrates iam ad altiora tendens, non quod sensus opinioni, sed quod opinioni ratio, porrigit interfert. Primo enim decorū pulchrum dicit. Quod quidem incorporeū est magis, pluribusq; cōmune. Id tamen hac diuisione refellit. Decorum aut videri solum pulchro, aut tam videri quam esse p̄ficit. Si primū, deceptio quādā circa pulchrum, potius quam ipsum pulchrum, decorū existit. Vera enim pulchritudo pulchra esse facit: quemadmodū vera magnitudi, magna, etiam si non videantur. Si secundū dixeris, falso dixeris. Nam si ipsum pulchrum quoties esse dat pulchra, videri quoq; pariter largiretur, quācunque pulchra sunt, ut sunt, ita oīa apparet. Id esse falsum, contentiones de rebus pulchris & cōtraversiae nobis ostendunt. Secundo aliud quidam etiam, quod ratio opinioni offert, adducit. Vtē porrō pulchrū vocat. Utilitas incorporeū quiddam multisq; cōmune. Nec nūrem est, cogitationem circa decens & vtile decipi. Illud quippe ordinem partis ad partem, partimq; ad totum, hoc autē orānū totus cuiusdam ad totū aliud habet, ordo vero pulchritudinem repräsentare videtur. Quapropter decens vel vtile, facile quis pro pulchro accipit. Quod decens pulchrum non sit, constituit: quod nec vtile, sic ostendit. Vtile est quod potentiam ad aliquid faciendum habet. Potentia igitur et utilitas idem. Quicquid agimus potentia quadam agimus, sed mala ut plurimum facimus, potentia itaq; & utilitas malum ut plurimum inferunt, pulchrum autē nunquam mali causa. Ergo non simpliciter quācunque utilitas pulchrū. At saltē quā ad bonum cōfert, responderibz quāpā, aduersus quem sic argumentatur: Quod ad bonū tendit, conducibile. Conducibile bonū efficit: quod aliquid efficit, aliud est quam id quod efficitur: quapropter aliud conducibile, aliud bonū. Conducibile, & pulchrum, idem. Ergo pulchrū & bonum aliud. Neque pulchrū igitur bonum, neque bonum pulchrum, quod prorsus absurdum. Tandem sensus opinionis, cogitationis; consueta erroribus mens rationi dielat, pulchrum esse gratiā quandam, quā animā, per mentem, visum, & auditum mouet & allicit. Quod sanē partim ex hūtū dialogi calce, partim ex Phaedro & Symposio Platoni elicitor. Quā rōne gratia hac insit, & quā nomine nūcūpanda, inquirit Socrates, nec tamen ambitio sophistæ declarat, quā Phaedo revelauit, & Agathom, qui quāmū ignorante, suā tamen ignorantiā agnoscentes, dociles erant. Gratia profecto pulchritudo est, non ratione sensus, quia menti non conueniret, & ceteris sensibus que ut auditu visuq; competenter. Non rōne mentis, quia oculos auresq; effugeret. Non voluptatis etiā ratione, quia hec non in auditu & visu duntaxat, sed in omnibus sensibus reperitur. Non rōne auditus solum: non enim menti visuq; conqueret. Non rōne visus. Auditui nūcū menti q; decesset. Non ratione auditus visuq; simul, quia in visu auditu: una conuictus pulchritudo insit: in quoque vero illorū seorsum ab altero agere, pulchritudo nulla. Volumus autē gratiam illam tribus animi visibus cōmuniciter percipi, tribus quoque obiectis carum inesse cōmunicer. Quapropter addit voluntates mentis, visus, auditusq; ex eo pulchras esse, quod maxime omnium voluntatum innoxiae sunt & optimae. Si optimas idem quod conducibles intellexeris, redibit superior ambiguitas. Conducibile bonum facit, ergo boni causa. Causa & effectum aliud. Ergo aliud conducibile, aliud bonum. Quo sequitur, aliud pulchrum, aliud bonum esse. Ideo neque pulchrum bonū, neque bonum pulchrum. Sanū aut optimas i. amoxias, faciles, spiritalles, luentes, vitaleq; ut ita dixerim, exposueris, veri cōpōs efficeris. Nā pulchritudo nihil aliud est quam summi boni splendor, fulges in iis quā oculis, auribus, mente percipiuntur, perq; illa ad ipsum bonū, visum, auditum, mentemq; cōvertens. Quo sit ut pulchritudo circulus quidā diuinā lucis existat, à bono manans, in bono residēs, per bonū et ad bonum sempiterne reflexus. Hoc Socrates mysterium

quod à Diotima sibylla didicisse afferuit, non sophistis, sed discipulis revelauit. Quid ipsum bonū, ipsum unum rerum omnium principiū, aliū purus, actus sequentia cūcūla viuiscans. Quid ipsum pulchrum, Vnde cūs aliū ē primo forte bonorū effūns, Nentem primo diuinā idearum ordine infinite decorans. Numina deinde sequentia mentesq; rationū serie complens. Animas tertio numerosis discursibus ornās, Naturas quā artō seminibus, formis quinto materiā. Sol profētō corpora viſibilis & oculos videntes procreat. Oculis, nō rudeant, lucidum infundit spiritū. Corpora ut videantur, coloribus prigit. Ne que lumen proprius oculis radus, propriū corporibus colores, ad visionē perficiendam sufficiant, nisi lumen ipsum unum supra multa, a quo multa & propria lumina oculis & corporibus distributa sunt, adueniat, illūlret, excitat, atque roboret. Eodem modo prius ipse actus, id est, dens, specie actumq; rebus singulis producent largitus est. Qui sanē aliū cum in subiecto patiente suscepit fuerit, debilis est, & ad operis executionem impotens. Sed diuinū solis perpetua & inuisibilis lux, una semper omnibus adstat, foret, viuiscat, excitat, compleat, & roboret. De quo diuina Orpheus, Cē Ela fons atque ipse ferens super omnia se. Ut est aliū omnium robortatq; bonum dicitur. Ut viuiscat, lenit, mulcit, & excitat, pulchrum. Ut in obiectis quā noscenda sunt, tres illas cognoscēti amīmae vires allicit, pulchritudo. Ut in cognoscēti potentia eam applicat cognito, veritas. Ut bonū est, procreat, regit, et complet. Ut pulchrum, illuminat, gratiamq; infundit. Præparata autē esse operat omnia ad gratiam diuini fulgoris excipientiam. Corpora quidē proportionē, quā ordine, modo & specie constat. Voces harmonia, quā numeris intervalloq; conficitur. Officia, morū rectitudine ad finem bonum. Disciplinas ordine ad obiectum verū. Annam puritatem per auersionem ab inferis, & conversionē ad supera. Mētem, per eternū in ipsum bonum, intuitum. Per hēc omnia gradatim diuina pulchritudinis radius penetrat. Circa corpus in aequalitate numeroq; refidget, loco motuq; subiecta. Circa voces, in harmonia, extra certum locum, sed motu dispersa. Circa officia disciplinaq; et animam, in motu quidem, sed ratione vitali consistens. Circa mentem supra motum, in eterna idearum serie micans. Circa ipsum bonum, actus purus, vitam & gratiam omnibus inferens. Hēc precor Petre Medice vir oīum præclarissime, solita diligētia legas Nā et tuē mētis miram pulchritudinē prorsus agnoscēs, & quam proximē ad ipsum pulchrum, de quo hic disputatur, accedas, animaduertes.

SOCRATES.

HIPPIAS.



SAPIENS & pulcher Hippia, quārā rōne accedit? Occasio dia logi cū prōvocatione et H.I.P. Non datur, o Socrates, oīū. tentatione Nam Elienses ciues quoties cum ex erga sophis ternis gentibus aliquid est tractant. dū, mihi præcateris legationes cōmittunt, ideoneum me iudicem ac nūcū existimantes eorum quā apud singulas ciuitates dicuntur. Quānobrem sape et ad alias urbes, sapientis ēt & de maximis rebus Lacedæmonem legatus acceſsi. Quo sit ut hēc loca, quod ipse quereras, minus frequentem. S.O.C. Hoc certe, o Hippia, sapientis perfectiō, viri propriū est. Tu quidem cū priuatim, multa ab adolescentibus accepta pecunia, plus etiā conferre illis quam quā acceperis, tales: tū publicē patriæ tuae prodeſſe, ut decet eū, qui non contemnendus vulgo, sed summo in precio sit habendus. Ceterū, quā nam, o Hippia causa, quod prisci illi qui sapientū cognomen adepti sunt, Pittacus atque Bias, et qui Thaletis Milesij tempore, quiue deinceps usque ad Anaxagorā, sapientia studio floruerunt, uel oīes uel plurimi ciuibibz rebus abstinentiū? H.I.P. Quid aliud putas, o Socrates, quā imbecillitatē ingenij, cū non possent utraq; priuata et publica prudēter administrare? S.O.C. An uero putas quemadmodū cetera artes incremē tu tempore suscepit, adeo ut nostri temporis artifices superioribus longē præcellant: ita et facultatē uestrā, stu

Sapientes
priscos ciuibibz
actibus abſtē
nuisse.

dium videlicet sophistarum, creuisse, ac veteres sapientiae studiosos si vobis cum comparentur, viles admodum extitisse. H. P. Recte omnino loqueris. s. o. c. Ergo si hodie Bias reuiuiscat, à nobis irridetur, quemadmodum ipsum Dædalum sculptores aiunt, si reuiuiscens talia fabricarer, qualia quondam ex quibus sibi gloriam compaurauit, ridiculū fore. H. P. Sic se res habet ut aī, o Socrates. Veruntamen priscos homines præferre semper recentioribus consuevi, vt et viuentium inuidiam, & defunctorum indignationem vitarem. s. o. c. Probè, o Hippia, ribus.

Priscos præferendos semper recentioribus consuevi,

ribus.

Gorgiae:

est, qua cum priuatis obire etiam publica potest. Gorgiae siquidem hic Leontinus sophista huc patriæ sua legatus venit, vt potè qui esset ad tractanda ista publica munera Leontinorum omnium præstantissimus: is, & ad populū concionari præclarè, iudicatus est, & priuatum disputatione, & cum iuuenibus conuersando, magnum questum fecit, cœpitq; ex hac urbe, Quinetiam si audire uis, amicus noster Prodicus & sepe alias publicis muneribus functus est, & nuper ex Ceo insula publicè veniens, cum in concilio dixisset, summopere probatus est: & priuatum disserens iuuenesq; erudiens, pecunias innumeras est lucratus. E priscis autem illis nullus unquam uoluit argenti mercedem sequi, aut proprium sapientiam in cœtu diuerorum hominum ostentare: adeo inepti & ignavi erant, eosq; quanti argentum sit latebat. Sed verique illorum quos modo retuli, plus argenti sapientia sua quam alius quiuus artifex ex qualibet arte cumulauit. Idemq; Protagoras ante illos effecit. H. P. Nihil, o Socrates, egregiū hac in re nosti. Nam si videres quantum ego argenti lucratus sum, obstupesceres. Mitto alia. Verum in Siciliā quandoque profectus, ubi tunc Protagoras habitabat, sum moq; in honore habebatur, me admodū senior, breui plus quam centum & quinquaginta minas collegi, & ex regione quadam angusta, Inyca nomine, plus quam minas uiginti? cumq; domum rediisse, patri dedi: quod quidem tam ille quam reliqui ciues vehementer admirati sunt. Enim uero me plures ferme pecunias quam duos alios simul quoescunt uis sophisti congregasse existimò. s. o. c. O rem præclaram. potissimum Hippia id argumentum est, quanto & tu & alij huius seculi ueteres illos superatis. Nam quanta eorum, qui ante Anaxagorā tē pora fuerunt, inscita videri potest? Cum ille, contrà ac patrimoniu mibis contigit, amplum patrimonium cùm accepisset, ne ut philosophus simul quoescunt uis sophisti congregasse existimò: est: deq; ceteris illorum temporum sapientibus alia quedam hmoi tradunt. Quapropter optimam hanc attrulisse conjecturam videris, quod sapientes nostri superioribus p̄stant, multiq; in hoc consentiunt, sapientem in primis sibi ipsi sapere oportere. huius aut hæc est summa, vt argenti plurimum acquiratur. Et de ijs satis hoc aut mihi dicas, cu multas urbes adieris, ubinam potissimum lucratus es? Num Lacedæmon, quo frequentius es professor? H. P. Non per Iouem, o Socrates. s. o. c. Quid aī? nunquid minimum? H. P. Imò nihil penitus unquam. s. o. c. Monstrum est quod dicas, o Hippia, ac mihi dic, utrum sapientia tua illos qui tecum versantur discuntq;, meliores ad virtutem efficere possit, necne? H. P. Et maximè quidem. s. o. c. Nunquid Inyctorum ciuium fi-

lios meliores reddere potuisti? filios autem Spartanorum minimè? H. P. Absit. s. o. c. An forte Siculi meliores fieri student, Lacedæmones negligunt? H. P. Imò et Lacedæmones idem affectant. s. o. c. Num pecuniarum defectu tua consuetudine caruerunt? H. P. Nequaquam, diuites enim sunt. s. o. c. Cum igitur sapientiam affectarent, & suppeterent facultates, tuq; illos voti compotes reddere posset, cur non inde locupletissimus rediisti? An forte ipsi Lacedæmones melius quam tu filios suos erudiant? Vis ita dicamus? ac tu consentis? H. P. Nullò modo. s. o. c. Utrum iuuenibus Lacedæmonie persuadere non potuisti, vt tibi adhærentes magis proficerent ad virtutem, quam si cùm suis vixerint? an parentes inducre non potuisti, vt tibi filios potius quam diligentia sue cōmitterent, si modo filiorum curam haberent? Neque enim ad eo inuididebant filijs, ut optimos enadere nollent. H. P. Evidem inuidisse non arbitror. s. o. c. Nunquid Lacedæmon bonus legis instituta est? H. P. Bonus profecto. s. o. c. In huismodi vero gubernationibus virtus maximè omnium honoratur: H. P. Maxime quidem. s. o. c. Tu aut hanc alijs tradere, præ ceteris hominibus optimè nosti. H. P. Prorsus, o Socrates. s. o. c. Qui facultatem equestrem egregie docere potest, nonne in Thessalia magis quam in reliqua Græcia coleretur, lucrareturq; plurimum, similiterq; & alibi ubique hæc ars inrecio est? H. P. Consentaneum id quidem. s. o. c. Qui ergo potis est præclarissimus virtutis præceptis iuuenes instruere, cur non Lacedæmonie summopere honoretur, ibiq; innumeras affatim pecunias cumulet, ac similiter in quacū que ciuitate Græcorum virtus maximè estimatur? At forte in Sicilia magis & Inyca, putas ista credere debemus Hippia. Siue iussis, credendum est. H. P. Non est, o Socrates, mos patrius Lacedæmonijs mutare leges, aut præter solita filios erudire. s. o. c. Quid aī? Lacedæmonibus hand patrum est, recte agere, sed aberrare? H. P. Id hand ego asseruerim. s. o. c. Recte vero ageret, si melius, non si deterius iuuenes erudirent? H. P. Recte, verum peregrinas disciplinas lex illorum non admittit. Alioquin si quis unquam alius ibi docendi gratia lucratus esset, scito me plurimum fuisse lucraturum. Letantur ergo cum me audiunt, laudantq;: sed vt dicebam, lex illorum peregrina vetat. s. o. c. Legem, o Hippia, perniciem ciuitatis, an salutem vocas? H. P. Conditur mea quidem sententia, vilitatis gratia lex, nonnunquam tamen obest, si male sit posita. s. o. c. Nonne vt maximum quoddam ciuitati bonum legem condit latores legum, legeq; sublata, legitimè in ciuitate uiuere non possumus? H. P. Vera loqueris. s. o. c. Quoties igitur à bono aberrant hi qui leges ferre nituntur, à legitimo legeq; discedunt. Quid ad hæc? H. P. Exæcta quidem ratione, sic se res habet, o Socrates non tamen sic homines nominare consueuerunt. s. o. c. Utrum, o Hippia, scientes an ignorantes? H. P. Vulgus. s. o. c. Qui verum cognoscunt, vulgus sunt? H. P. Nequaquam. s. o. c. At vero qui sapiunt, hi quod utilius est magis legitimum, quam quod inutile, reuera omnibus hominibus esse censem. nonne fateris? H. P. Fateor equidem ita reuera esse. s. o. c. An non ita est, vt scientes existimant? H. P. Prorsus. s. o. c. Prestat autem vt tu aī, Lacedæmonios disciplina tua licet peregrina

regrina quām patria imbui. HIP. Et uera loquor. SOC. Quinetiam quæcumque utiiora sunt, magis legitima dicis? HIP. Dixi eisdem. SOC. Ergo secundum rationē tuam magis è lege est, ut Lacedæmoniorum filii ab Hippia, quām à parentibus doceantur, quādoquidem tu magis quām illi reuera prodecesses. HIP. Prodecessem proculdubio Socrates. SOC. Contra legem igitur agunt Lacedæmonij, cum tibi filios suos erudiendos auri oblatas mercede non tradant. HIP. Assentior eisdem: videris enim pro me dicere: quām obrem repugnare tibi non decet. SOC. Bonarum legum expertes Laconas esse inuenimus, & in rebus quidem maximis, cum tamen melioribus legibus quām reliqui Græci vii videantur. Vero quando potissimum laudant Hippia, & quibus rebus audiendis præcipue delectantur? An uidelicet cum illa narras, quæ ipse egregie nosti, astra cœlestesq; progressus? HIP. Nullo modo hæc sustinent. SOC. Num geometria sermo illos oblectat? HIP. Minime omnium: nam multi admodum ex illis, ut ita dicam, ne numerare quidem sciunt. SOC. Longè igitur abest ut ratiocinationes libenter audiант. HIP. Longè per Iouem. SOC. Nunquid illa quæ tu acutissimè omnium hominum intelligis, literarum syl-laborumque distinctiones, rhythmorum harmoniarumq; naturas? HIP. Quas, ò bone vir, harmonias ac litteras? SOC. At quæ tandem ista sunt, quæ audientes illi latentur, tegit laudant? Tu saltē referas, postquam ego inuenire non possum. HIP. Stirpem herorum atque hominum, & habitationes, ut urbes quondam extructæ sint, ac summatim omnem antiquitatē historiam attente audiunt. Quocircum illorum causa ediscere, meditariq; huius generis omnia coactus sunt. SOC. Quām benè tecum actum est, ò Hippia, quod Lacedæmonij molestè ferant, si quis nostros principes incipiens à Solone recessant. Alioquin eorum nominibus ediscendis, fatigari oportuisset. HIP. Quid fatigari Socrates? semel audiens quinquaginta nomina, memoriter repetam. SOC. Ain' uera? sed ego te memoria pollere non aduerteram. Quapropter Lacedæmonios te merito delectari tanquam multarum rerum perito iam intelligo, tegit perinde vii, ac aniculis pueri, ad confabulandi iucunditatem. HIP. Per Iouem, ò Socrates, nuper ibidem de pulchris studijs, quibus incumbere inuenem decet, differens admirationi fui. Extat enim de ipsa mea composita luculenta quædam oratio, quæ præcipua verborum elegantia pollet, forma nero & principium orationis eiusmodi est, Capta, inquit oratio, Troia, Neoptolemus Nestorem interrogavit, quæ pulcherrima essent, quibus incumbens inuenis, vir illustris euadat. Cui respondens Nestor, multa & pulchra precepta recenset. Hanc eisdem orationem ibi ostendit, & hic quoque tertia hinc die in Phidiaslato ludo, atque insuper alia multa auditu digna ostensurus sum. Eudicus enim Apemanti filius me rogauit. Quare da operam ut tu quoque adsis, & alios tecum ducas, quicunque id genus dicta indicare sciant. SOC. Fient ista si Deus voluerit, Hippia. In presentia autem breue quiddam de hoc ipso responde, nam opportune me admonuisti. Nuper enim, ò vir optimè, cum in sermone quodam, alia ut pulchra laudarem, alia uituperare ut turpia, hanc quissimam in medium dubitationem induxit, me valde cōtumelioso sic interrogans. Vnde tu

Socrates pulchra turpia cognoscis? potesne quid pulchrum sit definire? ego autem ob ignorantiam meam hæsitaui, neque quod accōmodate responderem habui, atque ex cœtu hominū abiens, mihi ipse iratus sum, ruditatemq; meam vehementer accusavi: ac minatus sum, cum mihi primum quempiam vestrū qui sapientiam proficiemini, obiū haberem, conaturum me id audire ac discere, & diligenter p̄meditatum, ad eum qui regauerat reuerti, ut rursus eadem de re depugnem. Quapropter nūc tu, ut dicebam, peropportune venisti. Doce, obscoeno, me quid ipsum pulchrum est: conare, inquit, diligenter, & oīm reffondendo rem aperire, ne iterum redargutus irridear. Nōstī. n. perfficū, sed q̄ exiguum quiddam est mul-tis quæ tu calles. HIP. Exiguū per Iouem Socrates, & nullus, ut ita dicam, preci. SOC. Facile itaq; discam, neg, ullus ulterius me refellet. HIP. Nullus certe. Vile nang, & rude studium meum esset. SOC. Per Iunonem bene loqueris Hippia, si uirū illum capiamus. Verū tibi impedimentum sum, imitatus illum si tibi respondēti me opponā, ut me magis exercetas. Ferme. n. obiciendi formis quoquo modo teneo. Si ergo nihil molestum est, opponā ego te tibi, ut vehementius firmiusq; perdiscam. HIP. Obice ut labet: nā ut modo dicebam, non ardua quæstio est, sed ad difficiliora te respondere docerem, ut nemo te refellere posse. SOC. O quām bene loqueris. At postquam tu iubes, eius ipse personam induitus, te interrogare aggredior. Si illi sermonem tuum de pulchris diffutantem officijs ostendisses, quum primum finem dicidis-
ses, de nullo alio prius quām de pulchro quāsisset. Mos enim hic suus, & in huc modum interrogasset. O Eliē extorsio, ut confiteatur his hostes, nonnō iustitia iusti sunt quicunq; iusti? Respon-rem esse.
de, quās Hippia, tanquam percontante illo. HIP. Iustitia profecto. SOC. An non aliquid hæc ipsa iustitia est?
HIP. Prorsus. SOC. Et sapientia sapientes sunt quicunq;
sapient, & bono similiter bona omnia quæ bona sunt?
HIP. Quid prohibet? SOC. Sapientiam vero & bonum secundum se esse oportet. Nam si ipsa non essent, alia per illa nunquam talia fierent? HIP. Sic est.
SOC. Nonne et pulchra oīa ipso pulchro sunt pulchra?
HIP. Pulchro certe. SOC. Est ne igitur ipsum pulchrū?
HIP. Est proculdubio. SOC. Hic ille statim queret, Dic hostes, quid hoc ipm pulchrū est? HIP. Num qui hæc interrogat, audire aliud querit quām quid sit pulchrum?
SOC. Nō mihi uidetur, sed aliud quiddam est ipsum pulchrū. HIP. Quid hoc ab illo differet? SOC. Nihilne tibi videtur? HIP. Nihil certe, non. n. differt. SOC. Constat autem te melius nosse. Considera tamen: nō quæ res pulchra est, ille petit, sed quid ipm pulchrū est. HIP. Intelligo iā, ò bone vir, et quid ipsum pulchrū est, respondebo adeò ut nunquā redarguas. Si verū dicere oportet, scito Socratis, virginē pulchram ipsum pulchrum esse. SOC. Praeclarum falso pulchrum.
ergo si hoc respondere, ad interrogat a responsum erit & re-
cte, neg refellar? HIP. Qua te ille rōne corripiet, si quod omnibus videtur, & de quo audientes singuli protestate būtur, responderis? SOC. Esto sanè. Sed meū ipse ò Hippia, quod dicas, reputo. Ille siquidē ita percontabitur.
Age, responde mihi, ò Socrates, hæc omnia quæ pulchra dicuntur, si quid ipsum pulchrum est, per ipsum sunt pulchra? ego autem respondebo. Si pulchra virgo, ipm pul-

Confutatio
definitionis.

chrum est propter quod haec pulchra sunt. H. P. Putasne illum te reprehendere veleris ausurum, quasi non pulchrum sit quod dicas? Vel si forte ausus fuerit, non ab omnibus irrisum iri? s. o. c. Quod quidem audebit, o vir misericorde, certe scio: utrum vero ausus ridiculus euasurus sit, res ipsa ostendet. Quae tamen ille inferet, tibi dicere cupio. H. P. Dic iam. s. o. c. Quam lepidus es, o Socrates, dicit. pulchra equa, nonne pulchrum? quam in oraculo Deus ipse laudauit. Quid ad haec, o Hippia? pulchram equam nonne pulchram esse fatebimur? nam quo pacto quod pulchrum est, esse pulchrum negemus? H. P. Vera narras, o Socrates, recte quippe Deus cecinit, pulcherrime enim equae apud nos nascuntur. s. o. c. Addet ille post haec, Lyra pulchra nonne pulchrum? H. P. Ita. s. o. c. Queret iterum, noui enim eius morem, o vir optimus. pulchra olla, an non pulchrum? H. P. Ha Socrates, quis adeo ruditus est, ut in re serua tam vilia nomina misceat? s. o. c. Talis ille est, o Hippia: non n. cōptus iucundusq; sed sordidus, nihilq; aliud prater ueritatem curans. Attamen respondentum illi est, et ego præfabor. si olla à bono figulo facta sit equalis et rotunda, satisq; cocta, quales sunt ollæ quadam utræ auritæ atq; per pulchra, quæ sex patinas capiunt: si de tali inquam olla in terroget, respondendū pulchram existere. Quomodo enim quod pulchrum est, non esse pulchrum afferemus? H. P. Nullo pacto, o Socrates. s. o. c. An non et olla rogabit, illa pulchra pulchrum? Responde amabo. H. P. Sic esse arbitror, pulchrum quoq; uas, hoc est quum ex arte est factum, sed totum hoc si cum equa et Virgine, alijsq; speciosis omnibus comparetur, tali cognomento indignum est. s. o. c. En Hippia, iam intelligo quid interroganti illi qui petit, obiciendum sit. o vir ignoras quam scitum sit il lud Heracliti, Speciosissima simiarum deformis est cum alio genere animalium comparata: necnon ollarum pulcherrima turpis est, si cum uirginum genere conferatur, ut sapiens Hippias iudicauit. Nonne sic Hippias? H. P. Recte nimium respondisti. s. o. c. Audis deinceps n. scio sic inferet. Quid si quis genus uirginum, o Socrates, cū deorum genere conferat, nonne idem patietur quod et olla collata cum uirgine? An no formosissima uirginum deformis esse videbitur? nonne Heraclitus quem tu in testimonium adduxisti, hoc idem tradit, hominem scilicet sapientissimum ad Deum simiam apparere quo ad sapientiam et formam et alia omnia? Confitebimus Hippia, speciosissimam uirginem cum deorum genere comparatam esse deformem? H. P. Quis huic Socrates contradixerit? s. o. c. si haec admittamus, ridebit illico, et in hunc modum me iterum compellabit. Recordaris Socrates quid in terrogatus fueris? At ego, recordor euidem me interrogatum fuisse quid ipsum pulchrum sit. Tum ille dicit: interrogatus quid pulchrum sit, respondes quod non magis pulchrum quam turpe esse contingit, ut tu ipse fataris. ita uideri dicam? Dic quidnam tu amice mibi respondendū consulis. H. P. Hoc ipsum. s. o. c. Quinetiam quod ad deos genus hominum pulchru minime sit, concedet. Sin autem ab initio te, dicit ille, roga sem quid pulchru turpeq; est, et tu mihi eadem qua in praesentia respondisses, num recte respondisses? præterea num tibi ipsum pulchru quo decorantur omnia, pulchraq; apparent, quoties illa species adest, virgo uidetur esse, vel equa, uel

lyra? H. P. Si id ille quæsuerit Socrates, facilimè respon debitur quid ipsum pulchrum sit, quo cætera omnia decrantur, cuiusue præsentia pulchra uidentur. Ineptissimus nempe homo est, nihilq; præclare rei inducit. Si n. tu illi responderis, pulchrum ipsum quod querit, nihil aliud esse quam aurum, habebit profecto, neg, te cōfutare tē tabit. Cōstat n. apud omnes, cuicunq; hoc adest, licet tur Secunda de pe illud antea uijum fuerit, pulchrum uideri auro peror finitus falsum. s. o. c. Nescis Hippia, quam molestus vir ille sit, quamue difficile dicentibus assentiatur. n. i. p. Quid ris? Cōfutatio, quod recte dicitur, concedat necesse est. hoc n. si respueris, ludibrio omnibus erit. s. o. c. Atqui responsum hanc modo nō accipiet, sed acriter me mordebit, o inflate vir dicet, Phidiam rudem artificem putas? Et ergo ille, ut arbitror, nullo modo putare me dicam. H. P. Et recte quidē. s. o. c. Recte proculdubio, postquam vero peritum artificem Phidiam esse concessero, hæc insuper addet. Existimas id quod pulchrum vocas, Phidiam ignorasse? At ego quid maxime dicam? Tum ille, quoniam Minerua oculos non aureos fecit, neg, reliquum vultum, neg, pedes, neg, manus, quandoquidem si aurea fuissent, pulcherrima extitissent, sed eburnea reddidit: in quo certe propter inficiam aberrauit, cum ignoraret: aurum esse, cuius præsentia pulchra omnia sunt quibuscumque adlaret. quid ad haec Hippia? H. P. Nihil arduum. Recte enim fecisse fatebimur. Nam eburneum quoque pulchrum est. s. o. c. Sed ille, Cur non pupillas etiam oculorum eburneas fecit, sed lapides, inueniens quoad fieri potuit lapidis cum ebore similitudinem? Num pulchru lapidem, pulchrum esse, o Hippia, respondebimus? nitio falsi. H. P. Imo certe quā decens est. s. o. c. Cū vero non decēs, turpe fatendū, necne? H. P. Fatendū sanè cum minimè decet. s. o. c. His adjicet ille, o vir sapiēs, ebur et aurū nōne cum decent, pulchra oīa reddunt? contrā vero cū dedecent? Renuemus ne an potius admittemus? H. P. Fatalebimus planè quicquid aliquid decet, pulchrum efficere. s. o. c. Hic ille inferet. Verū decet pulchra olla de qua su præ diximus, plena bonorum leguminum aurea tudecula addere an ficalnea? H. P. Pro Hercules, qualem hominem narras: Cur non eius nomen proferas? s. o. c. Haud agnosceres hominem, licet nomen audires. H. P. Veruntamen in præsentia indoctū illum esse cognosco. s. o. c. Curiosus nimium est, o Hippia. Cæterum quid dicemus? Utram potius ē duabus tudeculis legumini et olla congruere? an ficalnea? suauiore quippe odorem præstat, neque collidens frangensq; ollam diffundet legumina, nec aqua ignem extinguet, neque cōiuas precioso priuabit obsonio. Contrā vero aurea tudecula, omnia. Quamobrē videtur mihi ficalnea magis decere quam aurea, nisi tu cōtradixeris. H. P. Decet sanè magis, quamvis ego cū hoīe talia perquirenti minimè disputarem. s. o. c. Probe nimirū, o amicē. Tibi n. talibus nominibus uti non conuenit, cū tam specioso amictu calceisq; ornatus sis, et in ter oīs Gracos sapientia polles: me autē nihil prohibet, quo minus cū illo verter. me igitur ante erudas: meiq; gratia respondere digneris. Ille nāque sic deinde perget. Si ficalnea decet magis, quam aurea, nonne pulchrior? H. P. Pulchriorē respondebis, o Socrates, postquā quod decet, pulchrimus quam quod dedecet, es confessus. s. o. c. Nunquid Hippia, confitendum ficalnea pulchriorem esse quam

quām auream? HIP. Vis tibi dicam Socrates, quō pulchrum definiens, prolixis eum sermonibus alienabis? SOCR. Quid dñi velim? modo tamen prius mihi dixeris utram ē duabus illis tudeculis decētiorē pulchrioremq; existere respondendum sit. HIP. Atqui si vis, illam que ex sicut est, pulchriorem esse responde. SOCR. Nunc iam dicas quod paulo antē inceptabas. Hac n. response, qua ipsum pulchrum aurum esse aio, nihil pulchrius, ut arbitror, aurum, quām lignum sicutnū apparebit. Nunc denū quid ipsum pulchrum afferis? HIP. Dicam equidem: requirere nāq; mihi videris tale quiddam pulchru respondere, quod nunquā alicui turpe videri queat. SOCR. Oīno, o Hippia, recte nunc accipis. audi modō, & vide si quis contrā hoc obijcere posse, dicereq; nihil me laudare posse. Dic per Deos citō. HIP. Aio equidē semper, apud quemlibet, & ubiq; pulcherrimum esse, ut Janus aliquis sit, diues & honoratus inter Gracos usq; ad senectutem: & sicut parentes suos defunctos egregio funere decorauit, sic à filiis suis pelerē, atq; magnifice se peleriatur. SOCR. Hui, hui, o Hippia, quām mirificē & excellenter, & vt te decet dixisti. per sonorem valde te amo, quia mihi videris summa cūm benevolentia pro viribus auxiliari. Virum tamen illum nondū comprehendimus, sed nunc effusus nos, mihi crede, ridebit. HIP. O ineptum risum. quum n. nihil aduersus ista proferre valeat, rideat autem, scipsum ridebit, præsentibusq; oībus ipse ludibrio erit. SOCR. Forte sic se res habet: forte etiam ex hac response, vt ego vaticinor, non solum illudere me audebit. HIP. Sed quidnam? SOCR. Si baculum habuerit, neq; ego statim fugero, cedere me conabitur. HIP. Quid aī? An tuus ille dominus est? si tibi iniuriatus fuerit, non dabit poenas? an iniusta vestra ciuitas? cædereq; se mutuo ciues permittit? SOCR. Nullo modo. HIP. Nonne igitur punietur, si te iniuste percussit? SOCR. Non iniuste quidem, o Hippia, si talia responderem, sed iure mihi videtur. HIP. Mibi quoq; quandoquidē & tu hæc putas. SOCR. Vis tibi dicam, quam ob causam metalia respondentē verberibus dignum putē? an tu me prius quām indices verberabis? vel rōne admittes? HIP. Graue hoc esset, o Socrates, si no admitterē. sed qua rōne id aī? SOCR. Dicam eodē modō quo ex paulo antē, imitatus illum ne corāte verba quibus ille necum vtitur, proferam dura nimium & absurdā. Nam sic me procul dubio alloquetur. Dic age, o Socrates, iniuste cædi illū censes, qui Dithyram tantū inconcinne pronuncians, tam procul à proposita qstione aberrarit? At ego, quonā pacto? interrogabo. Tum ille, quia oblitus est quæsitum fuisse ipsum pulchrum, quod oī quibuscunq; inest, pulchra efficit, lapidem, lignum, hoīem, Deum, actionē deniq; oīm, & disciplinam. hoc ipsum, o vir, pulchru quid est, perquirō. tu vero non magis audisti me, quām si lapis corāte affidisses, & molaris quidem, nec aures, neq; cerebrum habens. Quod si ego perterritus, ad hec quartæ desi ita respōdeam, num grauter feres, Hippia? HIP. Quonā modo? SOCR. Sic inquam. Hoc tamen Hippias pulchrum esse dixit, quāuis ego illū, vt tu me nunc, interrogarem, quod oībus pulchrum, semperq; existit. Quid aī? An molestè feres, si hac dixerō? HIP. Certō scio, o Socrates, quod dixi omnibus esse pulchrum, & ita videretur. SOCR. An & erit? dicet ille. Semper enim pul-

chrum quod pulchrum. HIP. Omnino. s o C. Nonne & erat, interrogabit? HIP. Et erat. SOCR. Ad hac ille, & nūquid Eliensis hospes, inquit, Achilli pulchru esse, post genitores suos naturæ coedere, & aū illius Aeaco, alijsq; quicung ex dijs nati sunt, & ipsis deniq; dijs? HIP. In malam rē, quid hoc hoīs? prophana. n. sunt, o Socrates, hmōi questiones. s o C. Quid verò? percontāte alio hæc afferere non valde prophanum? HIP. Forsan. SOCR. Forte igitur tu is es, ille dicet, qui cuilibet ac semper pulchrum esse dicas à filiis funere honorari, parentibus parentare. An non ex oībus unus Hercules erat, alijsq; quos ante memorauimus? HIP. At Verò non dijs dicebam. s o C. Nec heroibus ēt, vt videris. HIP. Non certe quicung deorū filij fuerunt. SOCR. Illis Verò qui nō deorum? HIP. His ipsis. s o C. Ergo secundum sermonem tuum ex herōu numero Iātalo quidem & Dardano atq; Zeto graue, prophanū & turpe est: Pelopi vero, alijsq; similiter genitis pulchru. HIP. Ita mihi videtur. s o C. Ad hac ille, Tibi ergo videtur, quod in superioribus nō dicebas, sepelire parentes, à filiis sepeliri, quandoque & quibusdā turpe cōtingere, imo impossibile esse, hoc oībus esse pulchrum. Quamobrem similiter hoc atq; superiora illa, scilicet Virgo & olla, habet: atq; ēt ridiculè magis, alijs pulchrum est, alijs minimè. Quocirca sic me ille corripit. Nondū hodie potes, o Socrates, quid ipm, de quo queritur, pulchrum sit, exprimere? Et merito me ita iurgabit, dum sibi talia respondebo. Talis est vt plurimum disputatio nostra. Quandoq; vero tanquam impetratiam meam & inscitiam miseratus, ipse mihi occurrit, interrogans vtrū tale quiddam pulchrum ipm esse mihi videatur, vel de quo quis alio disputetur. HIP. Qūo id aī, o Socrates? s o C. Dicā. O beatè Socrates, inquit, ita respondere talia desine. inepta quippe sunt, & facile refelluntur. Sed aduerte, nū tale quiddam ipsum pulchru appareat, quod nos suprà tetigimus, cū aurū dicemus, quibus decens est, esse pulchru: contrā, quibus minimè: atq; alia omnia, quibus ipsum decens eiusq; natura competit, pulchra fieri. Vide igitur num hoc ipsum pulchru sit, ego aut̄ ista pafim concedere consueui. Nam quid obijciam, non inuenio. Tibi vero decorum, ipsum pulchrum esse videtur? HIP. Omnino, o Socrates. s o C. Cauendum certe. s o C. Vide itaq; decorum id vocamus, quod aduenies videri pulchra singula facit quibus adeſt, vel quod esse efficit, vel ex ijs neutrū? HIP. Mibi quidem videtur. s o C. Verum quod apparere pulchra facit, perinde ac si quis deformis, amictu calceisq; decoris ornatus, pulchrior appareat? Nonne si decorum ea quibus inest, pulchriora quām sint, videri faciat, deceptio quædā circapulchrum decorū esset? neq; esset hoc quod querimus, Hippia? Illud quippe quæsimus, quores oī pulchrae, pulchrae sunt: quemadmodum omnia magna, excessu magna sunt. hoc enim omnia magna sunt. atque etiam si non videantur, excedant tamen, magna esse necesse est. Sic & pulchrum quæsimus, quo pulchra sunt omnia, siue apparet, siue non, quid esset. Decorū quidem non est: pulchriora n. quām sint, videri facit, inquantū decorum est, vt ipse aiebas: qualia vero sunt, videri non sinit. Quod aut̄ pulchra esse facit, quemadmodum paulo antē dicebā, siue apparet, siue nō, quid est

Quinta defi
nitio pul-
chri.

Confutatio.

g iij dicen

dicendum? hoc nempe queritur, si modo pulchrum queritur. H. P. Atqui decorum, o Socrates, & esse & apparere pulchra quum adeat, efficit. s. o. c. Igitur impossibile est, quae reuera pulchra sunt, non videri pulchra, dum adeat quod videri facit. H. P. Impossibile. s. o. c. Confitebimur hoc o Hippia? oea reuera pulchra instituta & studia existimari et pulchra ab hoibus? Vel contraria, ignorari, adio ut de his hoies privatim & publicè acerim pugnent? H. P. Ignorari potius, o Socrates, arbitrator. s. o. c. Non tamen ignoraretur, si ut pulchra sunt, ita pulchra et apparerent: apparerent autem, si decorum pulchrum esset, neq; esse solum, sed videri et pulchra congereret. Quamobrem si decorum est quod pulchra facit esse, est utiq; quod querimus pulchru, non tamen id quod videri cogit: sicut autem videri datur, decorum efficit, nequaquam pulchrum ipsam est, quod petimus. esse namque illud copellit. Apparere aut simul & esse, neq; pulchra, neq; aliud quicquam efficere idem potest. Eligamus tam, verum decorum esse putemus, quod videri pulchra, vel quid esse facit. H. P. Quod videri, o Socrates, arbitrator. s. o. c. Nam longe nos, Hippia, ipsius pulchri cognitio fugit, postquam decorum aliud quiddam præter ipsum pulchrum esse apparuit. H. P. Per Iouem, o Socrates, mihi quidem absurdum. s. o. c. Ceterum, o amicè, nondum dimittamus: neq; n. oem abieci spem, quid sit pulchru intenendi. H. P. Oi no sperandum o Socrates, neq; n. innetu difficile: mihi quippe conscius sum, quod si paulisper ad me mihi redire soli liceat, exactius quam exalte, tibi id explicare, ita ut nihil ultra requireres. s. o. c. Heu ne alta id voce dicas, o Hippia, ne indignetur, longiusq; nos effugiat. non vides quantu nos hactenus fatigauerit? Verum nihil dico. Tu n. cum solus eris, facile ut puto inuenies. Sed age per deos, me præsente inuenias: & si vis, ut hactenus, ita deinceps una mecum perquire. Si inueniemus, bene erit. sin minus, ego quidem mea sorte contentus ero: tu vero postquam abieris, facile inuenies. si tamen nuc inueniamus, haud amplius tibi molestus ero, quid tecum ipse excoxitaueris, flagitans. In præsentia vero considera, num tibi id pulchrum esse videatur. Attende obsecro diligenter, ne deponatur vi. Hoc utiq; pulchrum esto, quod utile est. Cuius quidem rei hinc maximè conjecturam facio: quia pulchri oculi sunt, no qui impotes videndi, sed qui apti & utiles ad videndum. H. P. Certe. s. o. c. Et uniuersum corpus ita pulchru dicimus, aliud ad cursum, aliud ad lacta. itemq; alia oia, ut pulchrum equum, gallumq; & coturnice, & apparatus oes, atq; vehicula, tum terrestria, tum maritima, naues atq; triremes, instrumenta quoq; oia tam ad musicam, quam ad artes alias pertineta, item si vis studia atq; leges, singula hæc eadem ferme ratione pulchra vocamus, respicientes scilicet qua conditione unumquodq; natum, vel fabricatum, vel locatus utile est, & qua ratione utile, & ad quid utile, & quando utile, pulchrum esse dicentes: quod vero secundum hæc inutile, turpe. An non idem tibi quoq; videatur, o Hippia? H. P. Mihi vero. s. o. c. Probe igitur nuc dicimus, pæteris oibus quod utile est ipsum, pulchrum esse. H. P. Probè admodum, o Socrates. s. o. c. R. Nonne quod efficere aliquid pot, ad id utile est, quod hoc effici potest: quod non potest, inutile? H. P. Prorsus. s. o. c.

Potentia ergo pulchrum, impotentia turpe. H. P. Maxime, nam & alia nobis omnia sic esse testantur, & ciuilia præcipue. Quoniam in ciuitate sua, atq; republica potentem esse, omnium est pulcherrimum, impotentem vero turpisimum. s. o. c. Praeclarè loqueris. Sed nunquid ob hanc ipsam rōnem, sapientia pulcherrimum oīum, insipientia contraria turpisimum? H. P. Tu vero quid putas? s. o. c. Quiesce parumper, o dulcis amicè. Nam de eo quod dicimus, sufficor atq; timeo. H. P. Quid metuis Socrates? nonne scite dicta hæc sunt? s. o. c. Velim equidē, sed meā hoc at aduerte, utrum quis inquam quod neg. scit, neg. potest efficiat. H. P. Nequaquam. quo n. pæcto, quod nequit ageret? s. o. c. Qui delinquunt, & mala agunt, efficiuntq; ignari, si hæc no potuissent, nūquid egissent? H. P. Minime. s. o. c. At vero potentia possunt, quicq; possunt: non n. impotentia. H. P. Non certè. s. o. c. Ios sunt aut oes facere q; faciunt? H. P. Procul dubio. s. o. c. Mala vero multo plura quam bona, oes hoies statim ab inueniente etate per oem vitam agunt, neq; sponte delinquunt. H. P. Vera loqueris. s. o. c. Quid porrò? hanc potentiam, atq; hæc utilia que ad malorum executionem conducunt, num pulchra vocabimus, an longe aliter? H. P. Longe absunt à pulchro, o Socrates. s. o. c. No ergo potens nobis & utile, ut viderur, ipsum pulchru extitit. H. P. Imo si modo bona posset, ad eaq; coferat. s. o. c. Illud igitur reprobatum est, quod potens & utile, simpli citer pulchrum sit. Sed nunquid hoc erat, o Hippia, ad quod animus noster respiciebat? ipsum scilicet potens & utile ad bonum conficiendum, pulchru esse. H. P. Mihi quidem videtur. s. o. c. Hoc conducibile est, an non? H. P. Valde. s. o. c. Sic utique pulchra corpora, pulchra instituta legum, & sapientia, & alia qua paulo ante retulimus, omnia ex eo pulchra sunt, quo conducibilia sunt. H. P. Constat. s. o. c. Conducibile itaq; ipsum nobis pulchrum esse videtur. H. P. Maxime omnium. s. o. c. an genui Atqui conducibile est, quod bonum efficit. H. P. Idipsum. s. o. c. Efficiens autem nihil aliud est, quam causa. H. P. Nihil. s. o. c. Ergo boni causa pulchrum est. H. P. Est profectio. s. o. c. Aliud vero est causa, aliud id cuius causa est. Neque enim causa ipsius causæ causa es se potest. Quod hinc maximè conuictare licet. Nonne causa efficientem esse constituit? H. P. Planè. s. o. c. Ab efficiente vero effectum fit, non efficiens. H. P. Verum est. s. o. c. Aliud efficiens, aliud effectum. H. P. Aliud certe. s. o. c. Non ergo causa ipsius causa est, sed eius quod ab ipsa efficitur. H. P. Sic est. s. o. c. Itaque si pulchrum boni causa est, à pulchro fit bonum. Et ob hanc causam ut videtur, prudentiam aliisque pulchra omnia exceptamus, quia opus quod ex his gignitur, id est, bonum, exceptandum est. Vnde per ea que inuenimus, pulchrum ad bonum ideam patris cuiusdam habere videtur. H. P. Omnino quidem. praeclarè enim loqueris. s. o. c. Num & hoc praeclarè, quod neque pater filius est, neque filius vicissim pater? H. P. Et hoc. s. o. c. Enimvero nec causa effectum est, nec effectum causa. H. P. Vera loqueris. s. o. c. Per Iouem, o vir optimè, neque pulchrum bonum est, neque bonum pulchrum. An tibi ex his que dicta sunt, fieri posse videtur? H. P. Non mihi, non per Iouem. s. o. c. Placet nobis istud, & afferere volumus, quod neque pulchrum bonum

bonum, neque bonum pulchrum. H.P. Non per Iouem, non mihi placet. s.o.c. Per Iouem mihi quoq; o Hippia, nihil minus ex his qua dicta sunt placet. H.P. Ita sane videtur. s.o.c. Haud amplius igitur sermo ille ut supra, egregius esse videtur, quod pulchrū asserebatur, quod conducibile utileq; & potens ad bonum aliquid efficiendum. Imo si possibile est, absurdior iudicandus quam superiores illi, quibus virginem, & singula quae supra narravimus, pulchrum ipsum nuncupabamus. H.P. Apparet. s.o.c. Evidenter, o Hippia, quod me vertam necio, hæsto. n. & ambigo. tu vero num forte quid habes? H.P. In presentia minime, sed ut alias dixi, si mecum animaduero, inuenturum me aliquid certoscio. s.o.c. At videor mihi ob discendi ardorem auditatem morā tuam nequaquam toleratus. Sed ecce nunc aliud quidam mihi in mentem venit. Attende obsecro utrū quod nos delectat: non de qualibet voluptate loquor, sed de illa qua per visum atq; auditum: utrū inquam tale quidam pulchrum sit vocandum. Nam quo pacto repugnare possumus, cum pulchri homines varijs apparatus, picturae & figmenta pulchra, intuentes nos delectent? Canticus quoq; pulchri & voces, uniuersaq; musica, sermones & confabulationes similiter nos afficiant? Quapropter si audaci illi pertinaciq; homini responderemus, pulchrum esse quod per visum auditumq; delectat, nonne audaciam eius reprimemus? quid putas? H.P. Nunc mihi, o Socrates, quid ipsum pulchrum sit, scitè dictum videtur. Socr. Quid vero, studia pulchra ac leges, propterea pulchra dicemus, quod per visum auditumq; incedunt, an alia quadam specie contineri? H.P. Hac ita forte, o Socrates, est hominem latent. s.o.c. Per canem, o Hippia, non illum quæ ego maxime omnium reverer, quoties delirarem, aut aliquid dicere profiterer, cum nihil dicerem. H.P. Quem dicas? s.o.c. Socrate Sophronisci filium, qui nihil magis concederet ut hec indiscussa facile indicarem, quam ut scire putarem quæ nescio. H.P. Atqui mihi quoq; postquam ipse dixisti, aliud quiddam id quod ad leges attinet, esse videtur. Socr. Quiesce aliquantulum o Hippia. Nam in eande circa pulchrum ambiguitatem incidisse videmur, in qua paulo ante, dum putamus quiddam certi nos habere. H.P. Quo pacto id ait, Socrates? s.o.c. Dicam evidenter quod mihi videtur, si quid tamen dico. Hec. n. quæ ad studia legesq; pertinent, fortasse non extræ sensum vidēti audiendiq; sunt. Præterea hunc sermonem, qui asserit quod his sensibus gratum est esse pulchrum, feramus, nec leges in medium producamus. At si quis nos interroget, siue is quem retuli, siue qui quis alius in hunc modū: Quid, o Hippia, atq; Socrates, id duntaxat incedunt quod sensibus duobus percipitur, pulchrum esse censeris? quæ vero ceteros sensus suauitate perfundunt, cibus, potus, veneris actus, aliaq; huiusmodi, pulchra esse non dicitis? An forte neq; dulcia hæc, neq; in sensibus præterquam in audiendo videndoq; voluptatem ponitis illa? Quid inqua, o Hippia, respondemus? H.P. Magnas quoq; inesse alijs sensibus voluptates assentiemur. s.o.c. Sed ille, qua de causa, dicet, cu non minus ha, quam illæ, voluptates sint, pulchri eas cognomēto priuatis? Quonia, respondemus, nemo est, qui nos non rideat, si dicamus non dulcè comedionē esse, sed pulchrum: odore ite suauem,

non suave esse, sed pulchrum. Veneris quoq; motus dulcissimum quiddam esse vnuquisq; æquæ ac nos contendet, sed eosipso cùm exercet quipiam, ita exerceat oportet, ut conspectui hoī veluti turpisimam rem subducat. Cū hæc dixerimus Hippia, ille forsitan respondebit: intelligo quidem iam dudum quod vos pudor impedit, quomodo voluntates huiusmodi pulchras nominetis, quia hominibus non videantur. Ego vero non quærebā, quod vulgo pulchrum videtur, sed quod pulchrum ipsum est. Dicemus. n. puto, quid pulchrum esse posuerimus, partem scilicet eam incedunt, q; per oculos auresq; delinit. Tu vero Hippia, quod te vertes? an forte quid aliud inferemus? H.P. Non alia præter hæc, o Socrates, dicemus. s.o.c. Preclarè dicitis, inferet ille. Si ergo solùm quod per visum, auditumq; gratu aduenit, pulchrum est, quod per alii sensum delectat, minime pulchru. Confitebimur? H.P. Confitebimur. Socr. Ille vero sic iterum. An quod per visum incedunt, per visum & auditum incedunt? Et quod per auditum incedunt, per auditum & visum etiam? Ad hæc nos, nullo modo quod per alterū est, per utrumq; esse. hoc. n. querere nobis videris. Nos vero diximus quodvis è duobus his incedunt ipsum per se pulchrum esse, & si utrumq; simul. nonne sic respondebim? H.P. Sic prorsus. s.o.c. Nunquid igitur, inquiet ille, à incedo incedunt, eo ipso quod incedunt est, differt? hand quero utrum maior minörue sit aut magis minúsue voluptate voluptas, sed utrum ex pluribus voluptatibus una quædam hoc ipso ab alia differat, quod hæc quidem voluptas sit, illa minime. Nobis quidem non videri dicemus. H.P. Non videri planè. s.o.c. Sic ille inferet. Nonne propter aliud quiddam quam propterea quod voluptates sint, has potissimum voluptates è numero omnium elegitis, tale quiddam in utrisq; insipientes, quod videlicet naturam quandam habent ab alijs differentem, ad quam profecto respicientes, pulchras esse illas asseueratis? neq;. n. Visus voluptas idcirco pulchra est, quia per visum fit. Nam si illius pulchritudinis hæc esset causa, nullo modo quod per auditum sit, pulchra esset, cum per visum nequaquam efficiatur. Nos autem vera illū dicere confitebimur? H.P. Confitebimur sane. s.o.c. Neq; rursus auditus voluptas ex eo pulchra, quia per auditum fiat? alioquin q; per visum percipitur, pulchra non esset, quippe cum non eadem sit cum illa quæ per auditum efficitur. Eu utrum qui ita dicit, o Hippia, vera loqui fatebimur? H.P. Vera nimis. s.o.c. Verutamen utraq;, inquiet, pulchra sunt, ut dicitis. Dicimus ne? H.P. Dicimus certè. s.o.c. Habent igitur commune quiddam atq; idem, quod eas pulchras efficit, quodue ambabus communiter inest, & utriusq; propriè. Alioqui haud ambæ pulchrae essent & utraq;. Age mihi tanquam illi responde. H.P. Ita mihi ut ait, videri respondeo. s.o.c. Si enim voluntates hæc aliquid ambæ suscipere et, quod non earum utraq; patet, nunquam huiusmodi passione pulchra existaret. H.P. Sic est, o Socrates. Qui enim fieri potest, ut quod neutra illarum patitur, ambæ perpetiantur. s.o.c. Non tibi videtur. H.P. Atqui & rerum istarum & locutionum hmoi penitus imperitus essent. s.o.c. Incedè qui dem, o Hippia. ceterum ego fortassis periclitior, videri mihi aliquid intueri, quod ita se habeat, qualiter habere impossibile tibi videtur. Video autem nihil. H.P. Non

Non videris, o Socrates, videre, sed omnino planissime perspicere. s.o.c. Enimvero permulta generis huius mihi animo obuersantur, quibus fidem non presto, postquam non probantur tibi, qui argenti plus studio sapientiae, quam ceteri nostri temporis mortales cumulasti. Ego autem, o amice, ut potest qui nihil unquam lucratus sum, cogitacione me fortasse ludas, ex industria fallas, adeo mihi multa videntur. H.I.P. Nemo melius quam tu intelliget, Socrates, ludam necne, si haec que tibi occurrunt proferre coeperas: nihil n. dicere videberis, quoniam nunquam reperies, quod cum nec ego patiar, nec tu, ambo perpetiamur. s.o.c. Quo inquis Hippia? forte tu aliquid dicas, quod ego minus intendo. Verum auctoritate me, quod sentio planius explicabo. Mibi quidem videtur, quod neque contingit me esse, neque sum, neque tu similiter, hoc ambo patinos posse. Item alia que ambo patimus, neutrum nostrum existere. H.I.P. Monstra rursus afferre videris o Socrates, et magis certe quam ante. Attende modo, si ambo iusti essemus, nonne et vterg? vel si iniustus vterg, nonne et ambo? Aut si sani ambo, an non vterg? Et si vterque nostrum laborat in aliquo, vel vulneratus est, vel percussus, sive aliud quid vis passus fuerit, nonne idem ambo perpetimus? præterea si aurei, vel argentei, vel eburnei, ac et si vis generosi, aut sapientes, aut honorati, vel senes, vel iuuenes, aut aliud quidvis humannum, ambo essemus: nonne oī no necessarium esset hoc vtrumq; nostrum esse? s.o.c. Oī no quidem. H.I.P. Ceterum ipse o Socrates res ipsas totas non consideras, neque ille quibuscum disputare es solitus: plauditis aut illico, quia pulchrum intercepistis deprehendistisq; et unumquodq; differendo auellitis: atq; idcirco ita vos magna latent corpora, continuam essentiam ex natura sortita. Et nunc adeo circa hac te veritas fugit, ut putas esse passionem aliquam vel essentiam, que circa ambo quedam versetur, circa vero vtrung, minime: atq; viciūm que circa vtrung, quidē sit, circa ambo vere nequaquam: adeo absurdī, temerarij, inepti, fatui estis. s.o.c. Talia quidē nostra sunt, Hippia, non qualia quis optaret, ut trito proverbio fertur, sed qualia esse possunt. Sed ipse semper admonendo nos iudas. Etenim prius quam nos in his admoneres, quam solidè affecti essemus, adhuc tibi clarior aperiam: si que de his sentimus retulero. Dicāme? H.I.P. Scienti Socrates refers: noui n. oīm eorum qui in disputando versantur conditionem. Veruntamen si cupis, enarra. s.o.c. Cuius equidem. Enimvero ita rudes eramus antequam tu haec diceres, ut de me ac te opinaremur, quod vterg, nostrum unus sit, neque tamen ambo id simus quod quisq; nostrum. non n. unus, sed duo sumus. Adeo fatui eramus. Nunc vero abs te didicimus, quod si duo ambo sumus, duo similiter vtrung, nostrum esse necesse est: et si unus vterque, unum pariter ambo. Impossibile n. est universali et continua essentia ratione secundum Hippiam, aliter se habere. Sed quod ambo erant, idem et vterg: et contraria quod vterg, pariter ambo. Nunc igitur a te persuasis hic sedeo: prius tamē o Hippia id mihi memora, vtrū unus ego tuq; simus, vel tu duo et ego duo. H.I.P. Quid ais Socrates? s.o.c. Hac ipsa q; dico. Vereor n. aperte coram te loqui: nam mihi successes, turbasq; quādo dicere aliquid tibypsi videris. Simul autem mihi dicas, nonne? vterg nostrum unus, et vnu esse contingit vtrung?

H.I.P. Omnino. s.o.c. Quod si unus, impar quoq; an non unum impar existimas? H.I.P. Equidem. s.o.c. Nū et ambo cum simus duo, impares sumus? H.I.P. Nequaquam. s.o.c. Sed pares ambo? H.I.P. Pares. s.o.c. Nūquid ex eo quod ambo pares, par et vterg nostrum? H.I.P. Minime. s.o.c. Non ergo necesse est oīno, ut modo dicebas, quecunq; ambo virosq; et q; unq; vtrizq; ambos esse. H.I.P. Non in rebus hmoi, sed in his que ipse suprà narravi.

SOCR. Sat habeo Hippia. Nam ista sufficiunt, postquam alia sic, alia aliter se habere videntur. Dixi equidem, si recordaris unde sermo hic est ortus, voluptates per visum et per auditum, non hoc pulchras esse quod vtraz earum habet, ambe nequaquam, vel quod amba, sed viraque minime, immo eo quod et amba habet et vtraz: et idcirco ambas et vtraz pulchras esse, et tu concessisti, et ego hac de causa per illam ipsam essentia que ambas sequitur, ambas esse pulchras, si modo pulchra sunt, sensui: per eam vero que alteram deserit, minime. Et nūc quod idem existimo. Verum mibi tanquam a principio dicas, si voluptates q; per visum et quae per auditum sunt, ambe et vtraz pulchra sunt, quod ipsas pulchras efficit, nonne ambas et vtraz sequitur? H.I.P. Proorsus. s.o.c. An ex eo quod vtraz atq; amba sunt voluptatis pulchra sunt? vel hac rōne aliae quoq; voluptates non minus pulchra: nihil n. minus voluptates illas esse constitit. meministi? H.I.P. Memini. s.o.c. Sed quia per visum et auditum sunt, idcirco pulchras esse illas est dictum. Vide num vera loquar. Sic n. ut memini diximus, pulchrum esse quod iucundum non quidem per sensus quoslibet, sed quod per visum duntaxat atque audiuntur. H.I.P. Sic proorsus. s.o.c. Nonne passio haec ambas sequitur, vtraz minime? Non enim viraque illarum quemadmodum suprà diximus, per ambas sunt, sed amba quidē per ambas, vtraz minime. Est ita? H.I.P. Est. s.o.c. Non ergo hoc viraque pulchra sunt, quod non sequitur vtrasque: ambo enim non sequitur vtrung. Quamobrem ambo illa vocare pulchra secundum suppositionem licet vtraz, vero nequaquam. an aliter dicimus? Nonne hoc necessarium est? H.I.P. Videtur. s.o.c. Dicēdūme ambo quidem pulchra esse, vtraz vero nequaquam? H.I.P. Quid prohibet? s.o.c. Hoc mibi amicē obstat videtur, quod quedam sic adesse alijs indicata sunt, ut si ambo adsint, adsint et vtrique: et contraria si vtrique, et ambobus. Talia vero erant que tu narrasti. H.I.P. Erat certe. s.o.c. Que autem ego retuli, minime: ē quoru numero erat quod ambo dicitur, et quod vtrung. Est ne ita? H.I.P. Est. s.o.c. Vtrum tibi videtur, o Hippia, ex his que ipse exposuisti pulchrum esse? Ut si ego robustus et tu, ambo robusti. Itē si ego iustus et tu, ambo: et contraria, si ambo, et vterg. Vel nihil prohibet ita contingere, ut in ipsis paribus et in paribus accidit: ubi ambo aliquando paria sunt, imparia vtraque, et aliquando paria: neque vtraz interdu talia sunt, ut exprimi nequeant, ambo queant, et interdu nequeat. Aliaq; huius generis plurima que mihi occurrere dixeram, quorum in numero pulchru ponis? nū ita tibi de hoc ut mihi appetat? nimis enim absurdū esse mihi videtur, ut ambo pulchri simus, non vterg. Vel contraria, vterg pulcher, non ambo, aut aliud id quodlibet talium. Itane ipse eligis ut ego? An illo potius modo? H.I.P. Sic equidem.

s.o.c.

PLATONIS LYSIS,
VEL, DE AMICITIA.MARSILIY FICINI
ARGUMENT.

SOC. Reclē agis Hippia, ut à longa inquisitione nos libemus. Si n. ex his est pulchrum, haud amplius quod per visum, & auditū delectat, pulchrum erit. Ambo namque pulchra facit, utraqꝫ minime. Hoc aut̄ impossibile, ut inter nos conuenit. HIP. Contuenit certè. SOC. Impossibile igitur quod per visum, & auditum incundū, pulchrum esse: nam si id pulchrum esset, impossibile aliquid sequeretur. HIP. Vera hæc sunt. SOC. Hic contentiosus ille dicet, exponite iterum à principio, postquam istud vos secesseris, quid esse pulchrum hoc dicitis, quod ambabus voluptatibus inest, propter quod istas præceteris honorantes pulchras vocatis. Necessarium mihi videatur, o Hippia, ut respondeamus, quod innoxiae sunt præceteris voluptatibus, arg optimæ rā ambae, quam utraque. An tu aliquid aliud habes, quo ab alijs differant? HIP. Nihil, reuera n. optimæ sunt. SOC. Tu ille, hoc igitur pulchrum esse dicitis conducibilem voluptatem? Videri equidem respondebo. tu vero? HIP. Et ego. SOC. Ille vero ad hæc. Nonne conducibile est quod bonum est? Efficiens aut̄ & effectum aliud esse constitit. Unde eodem relabimur. Neg. n. bonum pulchrum esset, neg pulchrum bonum, si quidem aliud unumquodq; illorum esset. Ita esse nos illi, si sapiemus, illi cōsideremus. Nefas n. est, reclē loquenti non assentiri. HIP. Quid tu aliud, Socrates, cuncta hec esse dicas, quam imminutissimas quasdam, concisionesq; sermonum, ut ant̄ dixi, in minima resolutas? Illud vero pulchrum & multi facēdum est, ut quis valeat, præclaroratione habita in iudicio, vel concilio, vel alio conuentu publico ad quem verba fiant, auditoribus persuasis, non minima quedā, sed maxima præmia reportare, suypsius, rerum suarum, amicorumq; salutem. Hac sane omisissimis minis his quæstionculis complecti decet, ne demens esse videaris, dum deliramenta, & nugas, ut modo pertractas. SOC. O amicè Hippia, tu quidē beatus es, qui nosti quibus studere hoīem decet, & ipse abunde, ut afferis, studiisti. Me vero mira quædam fortuna detinet: quippe aberro semper atq; mendico. Quoties aut̄ inopiam meam sapientibus vobis ostendo, verbis rursus à vobis obiurgor. Obiectis enim continuo, qua & tu nunc obiectisti, me scilicet stolidam, exilia, & nihil facienda tractare. Demum cum persuasus à vobis, eadem qua & vos profero, optimum esse eleganter orare in iudicio, & alio quouis cœtu, & ad votum peragere, rursus nonnulli ē nostris, & ille vir qui me semper redarguit, graniter increpat. Proximus ille vir mihi genere est, & vna mecum habitat. Ergo cum primū domum ingressus sum, & ille me talia dīcentem audit, interrogat quid non erubescam de pulchritus reluis diffidare, cum adeo manifeste circa pulchrum redargutus sim, quod ipsum pulchrum quid sit ignoram. Inquit n. qua ratione intelliges, qua oratio pulchritus composta sit, qua non, aut aliam quamlibet actionem pulchram esse, vel turpem, dum pulchrum ipsum quid sit ignoras? Et quando ita affectus sis, viuere te, quam mōri præstare putas? Contingit itaq; mihi quod modo dicebam, ut & à vobis & ab illo male audiā. Sed forte opera precium est hac oīa tolerare: neg. n. id absurdū, mod̄ quippiam lucratissim. Tantus n. Hippia consuetudine utrorumq; prefecit, ut prouerbii illud quod Pulchra difficultia esse dicit, intelligere mihi iam videar.

Definitio
alia falsa
Confutatio.

Alia defini-
tio falsa pul-
chri.